



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

C. Ejusdem Karoli praeceptum de abbatia sancti Eligij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

subscripti. Signum Ermefredi. Signum Godemarij. Vacamus subscripti. S. Ermentrici. S. Isidori. S. Auifiro. Samson subscripti. Ermimirus. Galindo subscripti. Abafalon subscripti. Titifudo subscripti. Bera subscripti. Iuliono Dei miseratione Presbyter qui bannum excavationis scripti & subscripti sub die & anno quo supra.

X C I X.

Karoli Calvi preceptum de novo ponte civitatis Parisenſi.

An. 870.
Ex parvo
chartula-
rio Eccle-
ſie Par-
ienſis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Notum sit omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Telonariis, omnem rem procurantibus fidelibus nostris, praesentibus scilicet & futuris, quia inspirante clementia Salvatoris pro totius utilitate regni nostri, ac defensione sanctæ Dei Ecclesie, atque Normannorum infestatione, unà cum alienis & voluntate fidelis nostri Parisiaca urbis Aeneas Episcopi, placuit nobis extra prædictam urbem de æratij nostri scato supra terram monasterij sancti Germani suburbio commotantis, quod a præfis temporibus Antiodorensis dictum, subiectum eriam matri Ecclesie sanctæ Mariæ commemorante urbis opportunum majorem facere pontem. Post expletione verò ejusdem pontis, tactus, ut credimus, rore celeste, dignum judicavimus pro amore Dei & sanctæ Dei genitricis Mariae sancti que Stephani ipsum pontem Aeneas prædicti Episcopi successorumque suorum potestati subicere; quatenus tam ipse quam successores ejus ipsum pontem, unà cum via que per terram sancti Germani ad eundem pontem vadit, Deo proprio ordinante abique aliecuus Comitis ordinatione, & in eadem eminente permaneat sicut antea fuit & in præceptis antecellorum nostrorum & nostro de rua sancti Germani continetur. Quia concessione facta, præcellentia nostra placuit serenitati, tam ex prædicti ponte quam ex via sancti Germani iam prædicti que tendit ad eundem pontem, eidem scilicet Aeneas Episcopo suisque successoribus auctoritatibus nostris solidum inconcussumque statuere præceptum; ita ut ipse quam successores ejus in posterum tempore memoratum pontem cunctisque arcis aquæ ejusdem pontis, ac molendinos, & quicquid ad eum justo ordine & legatione pertinere videtur, abique ullius Comitis vel Vicecomitis seu cuiuslibet judiciarum potestatis contradictione libero & pacifico teneant arbitrio. Et ut hoc nostræ auctoritatis atque largitionis præceptum in Dei nomine per succedentes annorum curricula conservetur, veriusque ab omnibus creditur, anuli nostri impressione subter figurari ac decorari jussimus, manuque propria nostra affirmare curavimus.

Signum Karoli gloriissimi Regis.

Gillebertus notarius

Datum pridie Idus Iulij Indictione 111. anno xxii. Domini Karoligloriosissimi Regis.

Actum palatio Compendio in Dei nomine feliciter. Amen.

C.

Ejusdem Karoli preceptum de abbatis sancti Eligij.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. An. 871.
Karolus gratia Dei Rex. Si Ecclesiarum negotiis confulendo, eorum statum ad emendationem ob Christi amorem deducimus, ab ipso non dubitamus accipere retributionem pro cujus hac peragimus honore. Noverit itaque omnium sanctæ Dei Ecclesie fidelium nostrorumque ad præsens & subsecutura sagacitas quoniam Evangelivimus venerabilis sancta Ecclesie Parisiensis antides ad nostræ humilitatem accedens sublimitatis mansuetudinem deprecatus est ut ob nostra mercedis conjugisque Regina nostræ Richeldis ac virginis intemeratae genitricis Dei Mariæ emolummentum abbatiam sancti Eligij in potestate Ecclesie sibi credita sitam, eique jure beneficiorum nostra munificencia conceffam, jamdiæ Ecclesie genitricis Dei sanctæ Mariæ sibi que & post se Dei nutu futuris pastoribus in potestatem & jus ecclesiasticum habendum concederemus & concedendo impravaricabili nostræ auctoritatis præcepto confirmaremus. Cujus petitionibus concessimus libentius quo nostræ utilitati profuturum perfeliximus amplius, & ob Domini nostri Iesu Christi siveque virginis Mariae amorem, atque ob ultrarum Ecclesiarum olim à pagani devastatarum invicem emeliorationem, & utilissime nobis in salutem populi Christiani à genitrici virgine prolis attributio, hoc nostræ privilegitatis præceptum fieri & signari jussimus, per quod supradictam abbatiam cum omni suarum integratæ terum jamdiæ Ecclesie præsentis futuriisque pastoribus delegando perpetualiter ad habendum concedimus, & concedendo inviolabiliter manere decernimus, atque de nostro iure in jus ac dominationem Domine meæ genitricis Dei mei Mariæ sollemni more transferimus, taliter ut quicquid exinde staturus à Deo Præful secundum Dei suamque voluntatem facete voluerit, quemadmodum ex aliis sibi creditis ecclesiasticis rebus canonico in faciendo potiatis arbitrio. Eo siquidem pacto ut diem depositionis patris nostri præcellentissimi Imperatoris Ludovici, quod est XII. Kal. Maij, & maris nostræ gloriissimæ Imperatricis Iudith, quod est XII. Kal. Aprilis, diem quoque nativitatis nostræ Idibus Iunij, nec non & diem à Deo nobis concessæ unctionis, qui post obitum in diem ipsum in celebrando transfundetur, nativitatem præterea amabilissimæ conjugis nostræ Richeldis Regine Kalendis Augusti, & copulam secundum Dei voluntatem nostræ coniunctionis, insuper & ortum prolis nostræ, si à secunda virginie impetrando data fuerit, sub continua orationum Missarumque affiditate cum omni clero sibi commiso prælenti futurisque antices celebret, & refectio in utraque congregatione in die ortus prolis nostræ, si, ut diximus, à genitrici Dei data fuerit, studiosumque peragatur. De certe vero, pro hac utriusque Ecclesie majorata

An. 871.
Ex codice
characte-
rio.

emendatione, omnis Præsul pro nobis, conjugi, & prole, regnique statu Dei misericordiam exorare indefinenter accedat. Ut autem hujus nostra piissime largitionis auctoritas potiorum in Dei nomine obtineat firmatis vigorem, de bulla nostra insigniti iussimus, & manu propria eam subter firmavimus.

Signum Karoli glorioissimi Regis.

Adalgarus Notarius ad vicem recog-

Datum I V. Idus Maij Indictione 1 v. anno

* vi. regnante Karolo glorioissimo Rege.

Auctum Silvagio palatio in Dei nomine felici-
ter. Amen.

C I.

*Rostagni conjugisque ejus Berteldis traditio
ad Ecclesiam Viennensem.*

An. 873.
Ex charac-
te-
rio Ecle-
sia Vienn-
ensis.

N Otitiam traditionis qualiter bo-
nis hominibus qui hanc notitiam subter-
faverunt, vel quorum signa subter tenentur
infra. Sacrofaneæ Dei Ecclesiæ qui est contra
in honore beati Mauricij infra muros urbis
Viennæ, quam Dominus ac venerabilis pater Ado
Archiepiscopus ad regendum habet. Nam præ-
caram legum faxxit auctoritas ut quicunque res
stas in quilibet tradere & transfundere volue-
tur, hoc per seiem scripturarum plenier & latu-
dabile Deo auxiliante valeat corroborari. Ideo
que ego Rostagnus & conjux mea Berteldis,
dum incognitus non habetur & honorabilibus
& nobilibus filiis Ecclesiæ Clericis & laicis qua-
liter nos suscepimus autum de thesauro prænomi-
nati beati Mauricij libras quinque de auro co-
calicem & patenam pensante unaquaque libram
ad ferros Spanicos, ipsas libras de manu præ-
fati Domini Adoni Archiepiscopi accepimus;
pro quod auro supra memorato tradimus res
proprias juris nostri que sunt in pago Viennensi,
in agro sancto Ferreolo, in locis nominandis, in
Riveria ad pontum omni hereditate quam de pa-
terno & materna seu & de conquisto usque in
Venerontia cum casa indominicata usque ad ex-
quisitum sub integritate tradimus prænominate
basilice sancti Mauricij suisque Pontificibus &
agricultoribus, cum vineis & terris ibidem aspi-
cientibus. In monte petra concavata
terri & brolalis a Cartianis & ad strada, cum
bosco & omni adquefito, ad Marlocco casa &
vineola, à Maleto vineam quam de Ulterameo
& uxore eius concambiavi medietatem, has
cum fontibus & arboribus, aquis aquarumque
decuribus, sub integrum ad jambicam calam
Dei suisque rectoribus pro præfato auro tradi-
mus atque transfundimus. Idcirco ego Rostagnus
ad hanc traditionem veniens, vocatique
Domino Adoni Archiepiscopo cum clero suo in
præfencia nobiliorum omnium, id fuit, Ingelge-
rinus, Albo videlicet, Vrbertus, Dominicus, Mar-
tinus, Benimus, sen & in præfencia plurimorum
qui cum eis ibidem aderant, Ingelgerius, Bod-
do, Acardus, Manuoldus, Eurelaius, Gemmo,
Siebrannus, Ausbertus, Flodoldus, Tualandus,

Tom. II.

Lendoinus, accipiens ostium & cispitem & ande-
lam præfati Epilcopi & clero suo manibus pro-
priis has rebus condonavi pro prædicto auro &
tradidi. Denique factum est ut ægrotarem. Iterum
misimus propinquos & filios nostros pro
stabilitatis firmamentis traditionis nostræ, Aca-
ndo & Eldemannus, Silvium quoque, VVigoni, &
Arafagni, ut præfate basilice sancti Mauricij
suisque rectoribus vestituram de prædictis rebus
facerent, quod ita præfentialiter & fecerunt. Qui
exinde vestituram receperunt, fuerunt Constan-
tius Chorpiscopus, Arlemus Præpositus, Ho-
noratus Presbyter, Leutbertus Decanus, Vberetus
Advocatus Domini Adonis Epilcopi. Ad hanc re-
ceptionem iterum præfates adiutu præfatus Domi-
nus Ado Archiepilcopus, honorabilis vir Angel-
boto, Odilo denique, & ceteri nobiles, Vaffi,
& concives, qui cum eo ibidem aderant, nomi-
na & signacula quorum subter tenentur inserta.
Inde postmodum idem Rostagnus per mem-
ipsum veniens in civitate Vienna, eandem tradic-
tionem iteravi de supradicta nominatis rebus, ut deinceps
rectores Ecclesie Viennæ secundum auctoritatem ecclesiasticam sicuti & alias res Ecclesie
ordinarent & disponerent ac perpetuo jure eadem
ipsa Ecclesia possideret, atque his præfentibus
pargameno dato scripturam inde facere rogavit
Clericis reverendo Epilcopo supradicto Constan-
tio Chorpiscopo, Erleto Præposito, Leutberto
Decano, Teutelmo Abbate & Diacono, Ono-
ratu Presbytero, Adalberto Diacono, Elergario
Diacono, & clero penè omni, laicis autem nobi-
libus Angelbotene Vallo regio, Raginardo, Ro-
stagni, Silvio, Odilone, Vvanino, Valdone,
Arnaldo, Varemboldo, Leupardo, Teutone,
Leudoinus, Gervino, & Viberto Advocato Ec-
clesie præfentibus & multis aliis. Si quis igitur
ego ipse aut uxor mea aut filii mei aut illius de he-
reditibus meis aut illa unquam opposita persona
qui contra hanc donationem, quam sponte pro
pondere aut conferbere & firmare decrevimus,
furixerit aut aliquid infringere aut inquietare
præsumperit, nec valeat vindicare quod repetit,
sed insuper inferat tantum & aliud tantum quantum
præfata recte tempore meliorate valuerint
agricultoribus & rectoribus Ecclesie, & præfens
tradicio & donatio hæc omni tempore suam ob-
tineat firmitatem cum omni sponsione & stipulatio-
ne submixta. Hæc res supradicta in quantum va-
lerent pro precio auri accepto sunt, ita ut quan-
tum plus super valeret aurum, five de rebus five
in mancipiis five in alia qualibet pecunia alia sup-
pleretur. Addite sunt quoque pro prædicto auro
familiae quorum sunt nomina. Bona cum infantes
fusos quatuor, Grimelius cum muliere sua &
infante finum, Garducia, Mautellus, Eldegarda.
Rostagnus traditione ista fieri & firmare rogavi.
S. Bertilda, que hanc traditionem simili modo fieri
& firmare rogavit. S. Acardo. S. Odiloni. S. Sil-
vij. S. Eldemannus. S. Vgonis. S. Arafagni. Ar-
noldus Clericus subscipti. S. Amalgaudo. S. In-
gelgerij. S. Boddoni. S. Gemma. S. Siebranni.
S. Auferti. S. Flodoldo. S. Teutanno. S. Do-
minici. S. Martini. S. Benimi. S. Vvaldoni. S.
Vvaremboldus. S. Leupardo. S. Teuto. S. Airo-
ardus Presbyter rogatus & iussus hanc tradicio-

B B b b ij